recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus causis et actionibus, motionibus quibusvis processibus tam Tribus quam Castren appellationibus decretis quibuscunque sibi ab utrinque ratione quarumcunque rerum et iniuriarum institutis ob initam mutuam inter se concordiam quietant emittunt et liberos se se ab utrinque faciunt processus omnes ad hoc tempus agitatos cassant annihilant et mortificant perpetuis ac aeternis temporibus, Personali recognitione in praemissis mediante.

Kulesza Choiane Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Gaspar olim Andreae Athienski de Choiane Stankowięta his sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Joannis Kulesza de eadem bonis et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Stankowięta Choiane sitorum et consistentium Quae in Curiis ascali terram suam interesse ipsi quovis modo concernentem incipiendo a Via quae tendit per villam ad granicem Paulowska tendendo penes eandem granicem cum omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentibus nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac totali haereditate nihil sibi ibidem nec suis successoribus aut alys cuipiam reservando perpetuis temporibus dedit donavit ac irrevocabiliter resignavit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacifica possessione per villam et villas duas acceptandam dat et admittit. Submittitque se idem praefatus recognoscens cum suis successoribus eandem donationem et eius praesens totalem Commissionem ab omni impedimento Juridico omnium personarum propinquorum et remotorum per omnes Jurisdictiones Tribunales quoties opus fuerit tueri defendere eximere pacificare intercedere et evincere per se et per submissas personas non iuvari sub damnis Tribus simpli taxatis. Et Coram officio Castren Capitan Branscen in primo Citationis Termino recepta reatione. Omnibus suis remedys et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abscribendo et abrenunciando Sub amissione eiusque successorum totius et integrae Causae.